

A



**NOE SANCTI** ADORIMUR vitā, mores, gesta, altitudinē quoq; mentis explanare, si possumus. Nam cum ipsa pphētia dixerit nihil difficilius q̄ hominis interiora comprehendere, quāto magis viri iusti mentē cognoscere? Etenim quē dominus deus ad renouandū semē hominum

referauit, vt esset iustitiæ feminariū, dignū est vt nos quoq; describamus eum ad imitationem omnium, & requiescamus in eo ab omni istius mūdi solitudine, quā quotidie diuersis exagitationib; sustinemus. Pudet filiis superuivere, tēdet cū tot aduersa audiamus charissimorum, lucem hanc carpere, ipsarū ecclesiarū diuersos fluctus tēpstatēq; vel presentes subire, vel animo recipere. Quis tam fortis vt patienter ferat? Et ideo nobis quoq; affectanda hæc requies fuit, vt dū Noe sanctum maiore intentione cōsideramus, reficiamus & nos, sicut omne genus in illo requieuit ab operibus suis, atq; tristitia. Vnde & Noe dicitur, quod latine dicitur iustus, vel requies. Deniq; & parētes eius dixerūt: Quia hic faciet nos requiescere ab operibus, & a tristitia, & a terra cui maledixit dñs deus. Quod vtique f ad ea quę facta sunt, referendū putes: cū diluuiū sub eo factū sit, non requies hominibus, sed interitus videatur illatus, nec remissio malorū, sed cumulus miseriarū. Verū si iusti viri mentē cōsideres, aduerter iustitiā solā esse quę aliis potius nata est q̄ sibi: non quod vtile sibi est, quærat, sed quod oibus. Hęc nos requiescere facit ab operib; iniquitatis: hæc renocat a tristitia: quia dū ea quę iusta sunt, gerimus, nihil timentus puræ cōscientiæ securitate, nō dolemus graui dolore. Nihil est enī quod maioris doloris sit, q̄ culpæ reatus. Requiescamus etiam ab omni cura terrene cōuersationis, quę corpus nostrū atq; animam frequentibus vexat doloribus, vitamq; atterit.

De significationibus nominū triū filiorū Noe, & de instructione aciei ac munitionib; bonitatis naturę, quę nos ad huius mūdi prælia generauit. Cap. II.



**N**VIC vero tres filii nati, Sem, Chā, Iaphet. Quę nomina significāt bonū, & malum, & indifferens: vt & naturę gratia bonitatē habuisse, et malori tentamētā ei nequaquā defuisse, & indifferētibus, hoc est velut supelleciliū virtutum abundasse videatur. Quia ratione autē malū in medio posuerit, ratio euidens est, quia naturę bonū omnibus inest: nec quasi naufragos in lucē proiciit: sed & suffulcit viribus, vt nō opprimatur tentamētis malitiæ, nec tāq; inualidi succubant, sed nūmit & vestit velut quibusdā tegumentis indifferētibus, quę sunt salus, valetudo bona, pulchritudo, impietia, diuitiæ, generis claritudo, vt ea dote muniti tueantur bonitatē naturę, & malum illud includant ne possit nocere, & quasi clausum strangulent. Nōne cernimus velut aciem quandā virtutum ordinatā in præliū, vt inferiores in medio sint, dextra leuāq; velut in cornib; validiores, per quos tota acies robur accipiat? Vnde & quidā poeta græcus ait: κακὸν δ' ἐξ ἀγαθοῦ ἐλάσσει, hoc est, malos autē in mediū inferuit. Ita ergo & natura quasi bonū dux imperatē deo, quę nos ad huius mūdi prælia generare nouerit, quę bona habet, primo ordine cōstituit, quę officiant secūdo, quę adiuuant tertio, vt tanq; in medio inclusus hostis, geminatis, quocunq; se cōtulerit, opprimat viribus, ne singulæ eorū velut æquatis fatigetur præliis, & euadē di de angustis naturalibus, ac serpendi latius facultate haberet. Sed quia vbi generantur, hic ordo est: vbi autem generant, Iaphet primo loco scribitur, tertio Chā: ideo ne cōtraria nos posterioribus dixisse quis arbitretur,

etia illius loci explananda ratio est. Bonū quidem, D quod velut in quadā naturę nobilitate est, præcedit, malum autem sequitur. Sunt enim cogitationes mētis cōtrarię, quę vtq; oriuntur postea. Hęc quādiu velut intus clausa sunt, nec tanq; in hærbis germinat, quodam sinu bonę mētis fouētur ne prodeant. Nā quādiu in voluntate est malū, non in entelechia, hoc est in opere atq; effectu, bonitas mētis gubernatoris velut aurgæ modo cohibet vel refrenat malitiam tentatē proripere. Cū vero efferbuerit, atq; in vltus eruperit, ne possit latius serpere, & finitima cōtaminare: tunc iusta succedit prouidētia, ne illud indifferens, quod secundū bonū dicunt, velut loco cedat, cum iam feruenti malo nō possit resistere. Itaq; ne latius fundat virus noxiū, et plurimas inficiat generādo corruptiones: illud primum bonum, quod natura bonū est, dum locū mutat, ordinē mutat, vt quasi laboranti conui opem ferat, et eam partē aciei suscipiat quę plus laborat. Virtus enim bellatoris difficiliorib; locis est necessaria: sicut etiā boni custodis præsentia ibi frequentior, vbi muri fragiliores. At ne quia pars sine defensore sit: dū illud bonū in diuina sustinetur, tūc illud indifferēs loci superiorē suscipit, velut deputante sibi eā partē perfectiori bono. Nihil enī virtute perfectius. Indifferētia autem non habet robur validæ virtutis, sed eius augent & diffundūt gratiā. Vnde Iaphet dicitur est, quod latitudine significatur latine.

Quid significet qd secuturo diluuiū non solū Noe, sed & vniuersa generatio q̄ maxime abidauerit filiorū procreatione. Et quomodo beneficii gratiā sequi debet sobriæ disciplinæ censura. Quia etiam ratione spiritus sanctus hominibus detur, nō autē permaneat. Ca. III.



**N**EC solum sanctus Noe abundauit filiorum generatione, sed etiam vniuersa fe effudit q̄ maxime eo tēpore generatio. Quod non ociosum videtur. Secuturo enim diluuiū non debuit æstimari defuisse gratiam fecūditatis illi generationi quam diluuiū absorberit: vt quod nūm humani generis abundantia, diuine deputetur gratiē: quod diluuiū secutū est, nostris adscribatur iniquitatib;, qui peccatis nostris auertimus dei misericordiam. Sic & in posteriorib; inuenies quod secuturā Egipti sterilitatē præcessit totidē annorū fecūditas. Principale est enim virtutis inchoare a beneficiis, & præseminare gratiam. Vnde & David ait: Misericordiam & iudiciū cātā: bo tibi domine. Præcedit beneficii gratia, sequitur censura sobrię disciplinę. Diuinū est igitur quod bona præmittuntur, nostrum quod mutantur. Ipse hoc declarat deus, dicēs: Nō permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt. Spiritus sanctus spiritus sapientiæ est, spiritus iuditionis. Habet ergo sapientiam, habet & disciplinam: sicut & de Bezeel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura: Quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ. Hic ergo spiritus datur hominibus, sed nō permanet. Quia autem ratione non permanet, causa proditur, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinæ repugnat, quia voluptati obtempert. Deniq; de solo domino Iesu scriptū est: Super quem videris spiritum descendētē de cælo, Ioan. 1. & manētē super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. In eo manebat, quem nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant quo minus incorruptæ & impmixtæ ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem.

Quod Gigantibus, qui fuerunt in terra ætate Noe, similes sint hoies cultui carnis suæ studētēs. Et qui dicantur filii dei: & q̄ pacto deus dicitur irasci aut moreri. Quæ admodū etiā irrationabilibus propter hominis peccatū deletis, Noe tamen gratiā apud deū inuenit.

R iii